

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Cap. II. De humili sentire suiipsius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

tas est; carnis desideria sequi: & illud desiderare, vnde postmodū grauiter oportet puniri. Vanitas est, longam vitam optare, & de bona vita pa-
rum curare. Vanitas est, præsentem vitam solum attendere: & quæ futu-
ra sunt, non præuidere. Vanitas est,
diligere, quod cum omni celeritate
transit: & illic non festinare, vbi sem-
piternum gaudium manet.

Memento illius frequenter pro-
uerbij: quia non satiatur oculus visu: *Ecli. 1.*
nec auris impletur auditu. Stude er-
go cor tuum, ab amore visibilium abs-
trahere, & ad inuisibilia te transfer-
re. Nam sequentes suam sensualita-
tem, maculant conscientiam, & per-
dunt Dei gratiam.

C A P. II.

De humili sentire suiipsius.

OMNIS homo, naturaliter sci- *Ecli. 1.*
re desiderat; sed scientia sine *& Ari.*
timore Dei, quid importat? Melior *stot. l. 1.*
est profecto humili rusticus, qui *Metap.*
Deo seruit; quam superbus Philo-
phus, qui se neglecto, cursum cæli

A 2 con-

4 DE IMITATIONE

cōsiderat. Qui benē seipsum cōgno-
scit, sibi ipsi vilescit, nec laudibus de-
lectatur humanis. Si scirem omnia,
quæ in mundo sunt, & non essem in
charitate: quid me iuuaret corā Deo,
qui me iudicaturus est ex facto?

Cor. 8. 2 Quiesce, à nimio sciendi deside-
rio: quia magna ibi inuenitur distra-
ctio, & deceptio. Scientes libenter
volunt videri, & sapientes dici. Mul-
ta sūt, quæ scire, parum vel nihil ani-
mæ profund. Et valdè insipiens est,
qui aliquibus intendit, quām his, quæ
saluti suæ deseruiunt. Multa verba,
non satiant animam; sed bona vita, re-
frigerat mentem: & pura conscientia,
magnā ad Deum præstat confidētiā.

Rom. 12. 3 Quantò plus & meliùs scis, tan-
tò grauiùs inde iudicaberis, nisi san-
ctiùs vixeris. Noli ergo extolli, de vlla
arte vel sciētia: sed potiùs time, de da-
ta tibi notitia. Si tibi videtur, quòd
multa scis, & fatis benē intelligis: sci-
to tamen, quia sunt multò plura, quæ
nescis. Noli altū sapere, sed ignoran-
tiā tuā magis fatere. Quid te vis
alicui præferre, cùm plures doctiores
te inueniantur, & magis in lege periti?

Si

Si vis vtiliter aliquid scire, & discere:
ama nesciri, & pro nihilo reputari.

4 Hæc est altissima & vtilissima le-
ctio, sui ipsius vera cognitio, & despe-
ctio. De se ipso nihil tenere, & de
aliis se per bene & altè sentire, magna
sapientia est & perfectio. Si videres
alium apertè peccare, vel aliqua gra-
via perpetrare, non deberes te tamen
meliorē aestimare: quia nescis, quām
diu possis in bono stare. Omnes fra- Gen. 8.
giles sumus, sed tu neminem fragilio-
rem te ipso tenebis.

C A P. III.

De doctrina veritatis.

FELIX, quē veritas per se docet, P̄f̄m
non per figuras & voces trāseun- 93.
tes, sed sicuti se habet. Nostra opinio,
& noster s̄esus, s̄ep̄ nos fallit, & mo-
dicum videt. Quid prodest magna ca-
uillatio, de occultis & obscuris rebus,
de quibus nec arguemur in iudicio,
quia ignorauimus? Grandis insipien-
tia, quod neglectis vtilibus & necessa-
riis, vltrò intendimus curiosis & dam-
nōsis: oculos habentes, non videmus. Ecclesi. 3.
P̄f̄m.
113.

A 3 2 Et